



Thesavrvs|| Locorum|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. XI. De Acceptione, sive acceptatione aut receptione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

(Unde est quod accidens cognosci non possit sine substantia, *Ruin. consil. 218. num. 14. vol. 1. Dec. consil. 508. nu. 5. Pantzschman. 1. quest. pract. q. 1. n. 29.*) Et quod accidentia, vel qualitas non possunt stare sine subiecto, nisi per viam miraculi, tradit Anchar. *consil. 203. n. 17.* quem refert Card. Tusch. *d. concl. 82. num. 14. in fin. ubi n. 7.* subdit, quod accidentia contractus sunt ea, quae per legem non insunt, & sine quibus contractus stare potest, & accidens tollitur ejus subiecto sublato, *l. ejus qui in provincia 41. v. quod si stipulatus ff. si certum petat. Crot. consil. 135. n. 25. lib. 5. Pyrrh. Maur. de fidejussor. sect. 1. c. 5. n. 8.* [nec tantum Jctis, sed & idem docent cum maxime Philosophi, *Arist. 1. post. An. 18. text. 35. & 5. Metaph. 4. text. 14.* quem laudat Cujac. in *l. 22. de S.P.R.* ubi hoc amplificat in servitutibus, quod scilicet servitus praedialis vel personalis servitutis esse non possit. *l. 1. de usu & usufr. leg. v. c.* non possum ex rivo concedere servitutem aquae haustus. Potest tamen accidentis esse accidens, *Arist. 3. Metaph. 4. t. 14.*)

IV.

ACCIDENTIA possunt mutari non vitiata substantia, secus è contrà. *Calderin. consil. 314. ante med. vers. ad cujus declarationem. aliàs n. de feudis.* Card. Tusch. *d. concl. 82. n. 1.* Nam accidentia extrinseca possunt abesse, & adesse prae ter subiecti corruptionem, *l. falsa 33. ff. de condit. & demonstr. l. pacta conventa 72. ff. de contrah. empt. leg. pro voluntariis 9. ff. de impens. in rem dot. factis.* tradunt Corraf. *lib. 3. miscel. c. 10. n. 10. Zaz. lib. 1. singul. respons. c. 12.* Menoch. *consil. 35. n. 19. & consil. 37. n. 98. & consil. 170. n. 23. Surd. co. s. 179. num. 7.* Glorit. *resp. 1 p. 1. num. 166.* Porphy. in *praedicabil. c. de accidente.* Sebast. Medic. de *definition. bonorum possess. de finit. 100. n. 23. & 27.* Card. Tusch. *d. concl. 82. n. 11. Surd. consil. 179. n. 7.* Non possunt tamen mutare substantiam rei. [*Dec. in cap. 2. col. 1. vers. in alia materia, de const.*] Gutier. *pract. lib. 3. q. 16. n. 91.* & subiecti, quia eveniunt post illius esse perfectum, *Signorol. consil. 51. n. 11. Gom. in §. in personam, num. 14. Inst. de action. Becc. consil. 172. n. 29. vol. 2.* Glorit. *resp. 1 p. 1. n. 166.* nisi miraculosè ut ait Brun. de *augmento, quest. 3. princ. n. 2.* quem refert Card. Tusch. *d. concl. 82. n. 14. in princ.*

V.

Accidentaliter evenientia non mutant rei substantiam, *l. naturalium 5. §. pavonum. §. ff. de acquir. rerum domin. Costa. de facti scientia & ignor. inspect. 7. n. 1. Cevall. commun. question. 682. num. 2. Mar. Giurba ad consuet. Messanen. c. 10. gloss. 1. n. 5.* nisi sit accidens qualificatum, quod superveniens enti, illud alterius naturae & speciei efficit. *Nat. consil. 139. n. 6. Mari Giurba. consil. 32. n. 8.*

CAP. XI.

De Acceptione, sive acceptione aut receptione.

Axioma I.

Multa honestè accipiuntur, qui non honestè exiguntur, *l. 1. §. 5. de extraord. cognit.* ubi exempl. proponitur in juris Professoribus qui honestè nihil exigunt: Ratio quoniam civilis sapientia tanquam res sanctissima pretio nummario aestimanda non est, quod potissimum de iis Advocatis seu Jctis est intelligendum, qui gratis respondebant de jure, de quibus elegans videri locus potest apud *Tac. n. Annal. cap. 6.* ubi *Silius veterum referebat exempla, qui famam in posteros praemia eloquentiae cogitavissent pulcherrima, alioquin & bonarum artium principem sordidissimis ministeriis sedari, ne fidem quidem integram manere ubi magnitudo questuum spectetur.*

Non autem de omnibus Advocatis hoc potest accipi, qui pacis haec emolumenta petunt, & perorando vitam sustinent, quibus omnem de salarii cognitionem denegari esset inquisitum, quippe cum nec eloquentia gratis contingat, nec quidquam à quoquam soleat exeri, nisi ejus fructus antea praverit, & sublati studiorum pretiis etiam studia sint peritura, unde prudentissime modus pecuniis capiendis ponitur apud *Tac. d. loc. cap. 7.* & idem Juri civili probatur. *d. l. 1. §. 10.* ubi ratio ostenditur aestimandi operas Advocatorum, quod hodie adhuc ad instantiam partium in Cam. Imp. & quibusvis bene constitutis judiciis solet observari.

Et haec regula adeò procedit ut multa licet ex turpi causa peterentur, honestè tamen accipiantur & retineantur. *leg. 4. §. 3. de Cond. ob turb. causam.* ubi quod meretrici datur, ideo non posse repeti Jctus ait, quia solius dantis turpitudine versetur, illam enim turpiter facere quod sit meretrix, non turpiter accipere cum sit meretrix, unde est quod justè retineatur per *d. §. 3.* non justè exigat. *l. 26. l. 123. de V. O. fac. can. quest. 12. caus. 13. q. 2.*

II. Ac-

II.

Accipere à nemine inhumanum, passim
vultum. l. solent. 6. §. 3. ff. de offic. proconsul.

CAP. XII.
De Accingendo.

Observandum, posse hunc locum & forte
commodius adhuc referri ad argumentum a
porentia ad actum. Vide Wesenbec. in Panit.
de Spons. n. 7. Alii Dd. tractant in verb. cin-
gendus.

Axioma I.

ACCINGENDUS de proxi-
mo, habetur pro accincto, leg. ex eo
tempore 42. ff. de testam. milit. (ratio-
nem vid. inf. in voce DESTINA-
TUM & in voce FACTUM) Fe-
lin. in c. eam te. 7. n. 17. vers. erat iste ele-
ctus de rescript. Jas. in auth. si qua mu-
lier. n. 23. & seq. C. de sacrosanct. Eccles.
& in l. admonendi, in l. lect. n. 53. vers. ista
tamen regula ff. si certum petatur. Card.
Tuschi. pract. conclus. tom. 1. lit. A. con-
clus. 83. Thom. de Thomass. in floribus
legum, reg. 231. Alex. cons. 129. Super pri-
mo n. 7. 8. & 9. lib. 7. Anchar. cons. 430.
Fuisse expediens, n. 2. ubi, quod habe-
tur pro dato, quod paratum est ut de-
tur. Joan. de Imola consil. 31. Ad pri-
mum, ubi ait, huiusmodi Axioma pro-
cedere maximè quando agitur de ex-
cludenda fallitate, vel delicto. Roman.
in l. admonendi, 31. n. 49. ff. de iurejur.
Ubi quod de proximo condemnan-
dus habetur pro condemnato, & quod
idem est in absolviendo de proximo,
quia habetur pro absoluto, late Nar-
bona. lib. 20. gl. ff. 21. n. 45. cum seq. tit. 1.
lit. 4. nova recop. Magdalen. de nunc-
rotestium in testamento requisito. p. 1. c.
26. n. 14. & 16.

Procedit improprie & fictè, quia ve-
rè de proximo accingendus non habe-
tur pro accincto, & destinatio animi
non revelat, quia imò destinatum non
habetur pro impleto, & res non judi-
catur ab eo, quod erit, sed ab eo, quod
est, & ideo materia est brocardica, ut
dicit Felin. in c. cum adeo 17. n. 4. 5. & 6.
de rescript. Roman. in d. l. admonendi, n.
49. Card. Tuschi. d. concl. 83. num. 29. &
maximè ubi agitur de forma, vel pœ-
na incurrenda, vel ubi spes proxima
est fallibilis; tunc enim de proximo
accingendus non habetur pro ac-
cincto, neque actus perficiendus
habetur pro perfecto, Felin. in d.

cap. eam te 7. n. 16. in fin. vers. tamen di-
versis modis limitatur. Card. Tuschi.
d. concl. 83. n. 31.

Unde de proximo expellendus non
habetur pro expulso, quin interim
exigat & consequatur fructus posses-
sionis, quam habet, ut per Anchar.
cons. 285. in cep. Tria principaliter, n. 4.
& seq. ubi loquitur in eo, qui solvit Jo-
anni Bentivolo, dum imminebat ex-
pulsio à civitate Bononiæ, quia iusta
fuit exactio, & maximè, quia expulsio
erat dubia, licet proxima ab effectu
subsequuto, refert Card. Tuschi. d.
concl. 83. n. 33.

Hinc etiam creandus de proximo
Clericus non potest habere benefici-
um, nisi sit actu Clericus, quantum-
cunque incedat in habitu & censura,
& promoveatur statim, ut per Felin.
in d. c. cum adeo, n. 4. & seq. quia Ordo
debet precedere, Sanchez de Matrim.
lib. 7. disp. 42. num. 14. Gonzal. ad reg. 8.
Cancell. gloss. 2. n. 66. & in beneficiis at-
tenditur capacitas de tempore præ-
sentationis, Mari. Antonin. var. resolu-
tur, lib. 1. resol. 19. n. 1. Poterit tamen
patronus de proximo clericandum
præsentare in hunc modum: Præsen-
to Petrum de proximo clericandum,
& peto eum ordinari. Flamin. Paris.
de resignat. benefic. lib. 4. q. 2. n. 5. & 6.
quem sic intelligit Massobr. in praxi
habendi concursus, prælud. 7. dub. 21. n.
86. secundum Roman. impress. quod ego
recipio, si taliter præsentatus, seu po-
tius nominatus, intra tempus ad præ-
sentandum præstitutum Ordines su-
scipiat, de officio, & potestate Episcopi,
part. 3. allegat. 72. n. 78.

Hinc pariter de proximo bannien-
dus non habetur pro bannito, ut pos-
sit offendi vigore statuti, Jas. in d. leg. si
quam mulier. num. 23. C. de sacrosanct. Ec-
cles. quem refert Card. Tuschi. d. concl.
183. n. 38.

De Accretione v. in infra Acquisitio.

CAP. XIII.

De Accuratione, item
de Accurata & perfunctoria
tractatione.

Axioma I.

Acta judicialia accuratè sunt tractanda &
cognoscenda, Ernest. Gotb. 1. Resp. 41. n. 2.

II.

Quæ quotidiana sunt & frequenter in pra-
xi usurpata, ea plenius & accuratius veniunt
notanda. l. 25. de lib. leg.